Caesar, de bello Gallico, I, 20

Raum für Notizen

1 Eodem die
2 ab exploratoribus certior factus
3 hostes sub monte consedisse milia passuum ab ipsius castris octo,
4 qualis esset natura montis et qualis in circuitu ascensus,
5 qui cognoscerent,
6 misit.
7 Renuntiatum est
8 facilem esse.
9 De tertia vigilia
10 T. Labienum legatum pro praetore cum duabus legionibus et iis ducibus,
11 qui iter cognoverant,
12 summum iugum montis ascendere
13 iubet.
14 Quid sui consilii sit,
15 ostendit.
16 Ipse de quarta vigilia eodem itinere,
17 quo hostes ierant,
18 ad eos contendit equitatumque omnem ante se mittit.
19 P. Considius,
20 qui rei militaris peritissimus habebatur
21 et in exercitu L. Sullae et postea in M. Crassi fuerat,
22 cum exploratoribus praemittitur.